nul
i in
ati
ſti
ur/
m/
ur.

¶ Fratris Ludouic
feſſoris oratio in die
ram patrum ſenatu

¶ Ecce ego mitto ad
occidetis ⁊ crucifige
Verba ſunt redempt
martiris Stephani ſ

CElebrato nar
mater ⁊ inter
ꝓthomartiris Step
uerēdiſſimi pr̄es ⁊ d
iam beatitudinis ar
erit mortē pro ipſius
inflāmemur accēdan
mus:quo dn̄o Jeſu a
atq̄ ſcribas:hoc eſt h
butos:⁊ in eccleſiaſti
modo dei permiſſiōe
mis ſupplicijs:morti
in hac vita eſſe depu
ob hāc vnā rem deū
bonoꝝ oīno ꝯdēnent
ribus ſuis remota on
cate viuere cupiūt·S
bonoꝝ aliquid primo
duſue ſit ꝓthomartir
leſtias efficaciſſimū
currā igit̄ antea q̄ d
⁊ vt xp̄ianū decet:ad
tiſſimā:fauorēq̄ ipſiu
ſupplex ⁊ humilis im

¶ Fratris Ludouici Imolenſis ex ordine minoꝝ theologie pro feſſoris oratio in die ſancti Stephani: habita in capella pape co ram patrum ſenatu Feliciter incipit.

¶ Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas ⁊ ſapiētes ⁊ ſcribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifigetis: ⁊ ex eis flagellabitis in ſinagogis vr̄is Uerba ſunt redemptoris nr̄i Mathei.xxiij. ſcripta: ⁊ in protho martiris Stephani ſolēnitate hodie ab eccleſia introducta.

Celebrato nanqꝫ die ⁊ ſolēniter peracto: quo ſanctiſſima mater ⁊ intemerata virgo mūdi edidit ſaluatorē. Nunc ꝓthomartiris Stephani venerāda nobis adeſt ſolēnitas Reue uerēdiſſimi pr̄es ⁊ dn̄i: vt qui redēptoris nr̄i natalē diem: data iam beatitudinis arma: leti celebrauimus: ad ferendaꝫ ſi opus erit mortē pro ipſius amore ⁊ gloria ſtrēnuiſſimi militis exēplo inflāmemur accēdamurqꝫ: ⁊ idipſuꝫ eo libētius facere parati ſi mus: quo dn̄o Jeſu aſſerēte intelligimus ꝓphetas ⁊ ſapientes atqꝫ ſcribas: hoc eſt hoīes diuino ſpū afflatos: celeſti ſapiētia i butos: ⁊ in eccleſiaſtica hierarchia edocēdi officiū habētes: nō modo dei permiſſiōe: quinimo ⁊ volūtate ⁊ ordinatiōe: acerri mis ſupplicijs: mortibꝰ: flagellis: ac varijs tormētoꝝ generibꝰ in hac vita eſſe deputatos. Uerū qꝛ plurimi ſunt ⁊ fuerunt: qui ob hāc vnā rem deū incuſent: ⁊ ipſius iuſticiā in afflictionibus bonoꝝ oīno ꝯdēnent. Hi potiſſimū ſunt: qui perditiſſimis mo ribus ſuis remota omni moleſtiaꝝ aſperitate luxurioſe ac deli cate viuere cupiūt. Statui in p̄ntiaꝝ de afflictōibus preſſuriſqꝫ bonoꝝ aliquid primo differere. Demū ꝙ extollendus cōmēdan duſue ſit ꝓthomartir Stephanus: qui perferēdi huius vite mo leſtias efficaciſſimū nobis prebuit exemplū: breui explicare. Re currā igit̄ antea ꝙ dicēde materie initiū ſumā: vt moris nr̄i ē: ⁊ vt xp̄ianū decet: ad piā dei genitricē ⁊ matrē noſtrā indulgē tiſſimā: fauorēqꝫ ipſius ⁊ preſidium a quouis hoīe exoptanduꝫ ſupplex ⁊ humilis implorabo dicens: Aue ⁊c.

¶ Qui enī inſpectis aut intellectis bonoꝝ afflictōibus ꝛ peniſ
de eterno p̄re ꝛ rerū oīm cōditore deo: deq; ipſi⁹ iuſticia maledi
cēdo querunt̄ duo: quantū arbitrari poſſū hoc vno fundamē
to q̄cq; vano ꝛ inutili moueri vident̄ obſeruādiſſimi p̄res. Ni
hil vt aiūt indigni⁹: nihil iniuſti⁹ q̄ cū qui careat culpa: pena
ſupplicioue nō carere: q: vbi nō reperit̄ ſubeſſe culpa: ibi vt iu
ra volūt nulla eſt imponēda pena. Sola nāq; culpa iure merito
q; in penā eſt ordināda. Lex deīde eterna Augu. etiā teſte pec
catores dictat eſſe puniēdos. bonos aūt ꝛ iuſtos glorificādos.
Contra igit̄ eternā legē ipſe de⁹ qui eſt eterna lex faceret: ſi bo
nos ꝛ iuſtos penis ꝛ ſupplicijs quouis modo afficiēdos eſſe de
cerneret. His itaq; argumētationibus maligni quidā atq; per
uerſi hoīes de ſeipſis atq; ingenio ꝓprio nimiū p̄ſumētes: di
uinā in rebus humāis ꝓuidentiā: aut oīno negāt: aut iniuſtā
eſſe impudēter affirmāt. Quoꝝ rationib⁹ haud ſano intellectu
deductis q̄ facile reſpōdebim⁹: ſi catholicis ſctōꝝ dictis paulū
intēdemus. In his enī rebus in quibus nō apparet diuina iu
ſticia: ſalutar̄ eſt diuina doctrina. Nulla vnq̄ pena vt ſacri co
dices atteſtant̄: ꝛ theologoꝝ oīm cōfirmat opinio: homini fuiſ
ſet inflicta: ſi aliq̄ nō preceſſiſſet culpa. Oēs enī qui in illo vno
primo parēte fuimus: quādo omnes ille vnus corrupit: qui per
feminā lapſus eſt in peccatū: innumeris tunc penis ꝛ infinitis
fere calamitatibus ita obnoxij facti ſumus: vt ne quis vel bre
ui mora in hac miſerāda vita cōſiſtat: quin miſerijs ꝛ afflictiōi
bus plurimis: varijs vndiq; piculis: ꝛ inopinatis ſemp ſubiace
at caſibus. Unde vnuſquiſq; cū naſcit̄: ꝛ hoſpicio hui⁹ mūdi ex
cipit̄: initiū ſumit a lachrimis: anxietateſq; ꝛ ꝓcellas fluctuātiſ
vite quas homo ingredit̄: in exordio ſtatim ſuo ploratu ꝛ gemi
tu rudis adhuc aīa teſtet̄. Huius aūt nr̄e nature conditor: qui
hominē rectū creauit: cū ſit vtiq; deus verus ꝛ iuſtus. Nunq̄ ꝑ
fecto in has miſerias noſipſos deieciſſet: niſi nimis grāde pec
catū in hoīe primo: de cuius ſtirpe omne genus hoīm fuerat e
ducendū preceſſiſſet. Preter hec autē mala huius vite: que bo

nis maliſq; cōia eſſe vident̃:⁊ que miſeris mortalibus ob infeli
ciſſimā prothoparētis nr̄i culpam indiſcrete eueniūt· Habent
etiā iuſti ꝓprios quoſdā labores:cruciatuſq; nōnullos:maiore
⁊ mirabiliore gratia ſaluatoris eis īmiſſos· Inmittit aliqñ de
us atrociſſima flagella impijs ⁊ ſceleratis hoībus: poſt longā
ſcelerū eoꝝ impunitatē:vt in Antiocho ⁊ Herode ⁊ alijs ꝗ̄plu/
ribus patuit·Et hoc vel ad initiū pene oſtendendū: quatinus
hic videat̃ qḋ in inferno ſequet̃: iuxta illud: Duplici cōtritiōe
cōtere eos.Vel ad indicandū ſue iuſticie ſeueritatē: quā multi
quaſi de impunitate ſecuri·Vel nullā eſſe crediderūt: vel oīno
cōtempſerūt·Si nullū ergo peccatū nunc manifeſte puniret de
us ꝗ̄ꝗ̄ multa vltimo iudicio punienda reſeruent̃:nulla eſſe di
uina ꝓuidentia crederet̃· In hoc aūt genere flagelli preſciti tā
tūmodo ⁊ adeo reprobati flagellant̃:quoꝝ vindicta hic incipi/
et:⁊ vſq; ad extremā damnationē durabit:ſcriptura approbāte
que dicit: Ignis ſucceſus eſt in furore meo:⁊ ardebit vſq; ad ī/
ferni nouiſſima. Plerūq; tñ ⁊ ipſi boni cū malis etiam flagellā
tur ꝗ̄uis ineternū minime puniant̃·Et hoc ideo vt inquit Au
guſtinus doctor egregius:quia boni dānabilibus impioꝝ ho/
minū vitijs ꝗ̄ ſepiſſime parcunt:duꝫ ab eis admonēdis obiur
gandis ⁊ corripiendis male diſſimulant· Flagellant̃ eniꝫ ſimul
cū malis:nō q: ſimul agunt malā vitam:ſed q: ſimul amant tē/
poralē vitam:nō quidē equaliter ſed tñ ſimul: quā ipſi contēne
re deberēt:mali ab eis correpti atq; correcti conſequerent̃ eter/
nam·Sic Hely ſummus ſacerdos: qui vt ſcribit̃ in ſe bonꝰ erat
ceruicibꝰ effractis occubuit:q: filios peccātes efficaciter nō cor
ripuit·Habēt deiñ boni ⁊ iuſti alias cās quare tp̄alibꝰ affligāt̃
malis·Qui eni cecꝰ a ntiuitate fuit:id flagelli pro tp̄e habuit: ad
manifeſtādā filij dei in eo liberādo ꝟtutē·Nec id īiuſte quidē:
q: oēs nos in manu dei ſicut lutū in manu figuli·Nemo p̄terea
tā bonꝰ eſt q nihil peccet: īmo vt Hiero·ad Oceanū inqt· Res
pene ꝯ naturā eſt:vt ſine pctō aliquis ſit·Vñ ⁊ Aug·quoq; ait:
qs ita viuere ſe p̄ſumat vt dicere deo:dimitte nobis debita nr̄a

neceſſe nō habeat·Septies etiaꝫ in die cadit iuſtus:vbi Hiero/
nymus vocabulū iuſti nō amittit:qui ſemper per penitentiam
reſurgit·Flagellat itaqꝫ deus bonos ⁊ iuſtos:quos leuibus eti
am culpis pro fragilitate hūana videt eſſe implicitos:eoſqꝫ ca/
ducis ac mortalibus bonis corrumpi ac depravari nō ſinit·Pe/
riculoſa nanqꝫ res eſt homini ad peccandū prono ⁊ facili:cōſue
tudo ⁊ iocūditas humane vite:quo fit:vt niſi quis ad condito/
ris ſui cognitionē plagis interdū ⁊ verberib⁹ excitet̃ humanis
illecebris ⁊ ſuauitatibus mortiferis ꝙ facile capiat̃·Mala vero
que hic premūt:terrenis fragilibuſqꝫ contemptis ad deuꝫ nos
ire cōpellunt. Niſi eniꝫ Paulū ſtimulus carnis afflixiſſet:fortaſ
ſis magnitudine ⁊ excellentia reuelationū apud ſemetipſuꝫ ela
tus:dei grām perdidiſſet· Cum vexamur ergo ac ꝑmimur: qd
ſimus:⁊ quid natura ⁊ ingenio ꝓprio valeamus:facile dignoſci
mus·Propterea Democritus ille: rerum humanaꝝ cōtemptor
dicere ſolebat:Nullus mihi videt̃ infelicior eo cui nihil vnquā
euenit aduerſi:nō licuit ſe experiri·Recte inquā deus cū bonis
agit:quos pro liberis habet:cū eis in hac fallaci vita cōmoran
tibus flagella ſepius īmittit:⁊ iniquoꝝ poteſtati eos aliqn̄ tra
dit:vel ad exercendā virtutē:vel ad tollendā ſi quā habent cor
ruptelā· Iſraeliticus nanqꝫ pplˀus oīpotenti deo peculiaris et
dilectus:idcirco ab Aſſyrijs et Babilonijs vexari ac dilacerari
permiſſus eſt:vt vexatus dilaceratuſqꝫ factorē ſuū deum agno/
ſceret:agnoſcendo vero ⁊ amādo ab eius mandatis nō diſcede
ret·Unde ⁊ ſpūs ſctūs in Deuteronomio populū ſuū per Moy/
ſem ſic alloquit̃.Dn̄s deus tuus vexabit te ⁊ famē inijtiet tibi:
⁊ cognoſcet̃ in corde tuo ſi bene cuſtodieris precepta eius: ſiue
nō.Sed quid afflictā aut flagellatam aliqn̄ hebreoꝝ genteꝫ cō/
memoro:Nūquid neſcimus xp̄ianū pplˀum precioſo filij dei ſan
guine redemptū:totiens flagellis ⁊ perſecutōibus grauiſſimis
adeo fuiſſe examinatū:totiens maloꝝ poteſtati ⁊ imperio diui
na permiſſione traditū:totiens percuſſum ⁊ obtritum·Omitto
nunc ſingula huiuſce nr̄e religionis perſecutiones.Nam ab ea

quã iudei poſtea ꝙ̄ xp̄us aſcendit in celuꝫ īmaniter exercuerūt
vbi Stephan⁹ lapidat⁹ ꝓthomartir ē: vbi Jacob⁹ frater Johis
gladio trucidatus· vbi apl's Petrus vt occideret̃ incluſus ē ⁊ p
angelū liberatus· vbi fugati atqꝫ diſperſi de hieroſolimis frēs·
Quis tā facundus ⁊ tanta rerū verborūqꝫ copia inſtructus ex/
iſtet: vt decē illas ceſarū perſecutiōes: nefarias quidē ⁊ execra/
biles ſufficiēter enarret: vt tyrānos et infeſtiſſimos xp̄iani no/
minis hoſtes cōmemoret: vt barbaroꝝ oīm qui xp̄ianā deuaſta
runt eccleſiā impetū ⁊ furorē explicet. ⁊ ne recētiora omittamuſ
vt īmundiſſimi Mahumetis ⁊ ſacrilegi hoſtis truculentam in
nos rabiem deploret. Nam ſi veteres ſcrutemur hiſtorias quis
vnqꝫ tyrannoꝝ fuit ꝙ̄ꝙ̄ crudelis ⁊ īmanis· qui nobis tantū ia
cture fecerit· qui xp̄iane reipublice tantū diſpēdij atqꝫ ruine in
tulerit· quantū perfidus ⁊ horrēdus mahumetes hac noſtra tē
peſtate fecit· hic regno Aſie non cōtentus: nobiliſſimas Euro/
pe ꝓuincias inuaſit: vrbes magno impetu atqꝫ furore cepit re/
gna atqꝫ imperia occupauit: iam capere eius furoreꝫ inſule: por
tus: littora: ꝓuincie: regna non poſſunt· vbiqꝫ xp̄ianoꝝ ſtrages
fiunt· mactant̃ quaſi pecudes innocui. Qui nec precio nec libi/
dini turcoꝝ ſunt apti: īmundiſſime ſecte īmo ꝑfidiſſime blaſfe
mie ſue trophēū vbiqꝫ ponit hoſtis teterrimus· templa redēpto
ri nr̄o dicata polluit: aras euertit· nomē illud qđ eſt ſuper omē
nomen: a quo aliud ſub celo nō eſt datū hoībus in quo ſaluos
fieri credētes oporteat: videlꝫ nomen Jeſu xp̄i: adhominādus
homo tota die cōtēnit atqꝫ blaſſemat: ⁊ ne deinceps ſit qui hoc
ſanctū nomen vel colat vel obſeruet: pueros ex parētibus xp̄ia/
nis natos: ritu mahumetano educandos in miſerandaꝫ apud
ſuos redigit ſeruitutē· Quid tum poſtea· Nam tātis rerū incre
mentis elatus hoſtis nefarius: Jtaliam omniū prouinciaꝝ pul
cherrimā omni ſtudio ⁊ vigilantia ſibi ſubigere curat. Nauali
pedeſtriqꝫ bello ꝙ̄ ſepiſſime nos infeſtat· Terminos nr̄os ma/
gno auſu intrat: circūcurſitat: rapit: exterminat: ⁊ tanꝙ̄ leo fre
mens deuorare nos tētat inhiat anhelatqꝫ. Hec ſiquidē omnia

q̃ꝗ̃ ꝓprijs vt aiūt oculis cernamus:iminentē tm̄ ruinā ⁊ extre
mā calamitatē noſtrā:cecitate quadā ⁊ amentia percuſſi:nō co
gitamus nō aduertim⁹:imo domeſticis vitijs occupati:et ſola
terrenaꝝ rerū cupiditate allecti deū quotidie magis ac magis
irritamus:⁊ vt nos hoſti tam ꝑfido pro nequitia ⁊ ꝑtinacia no
ſtra puniendos tradat concitamus· Noli igitur clementiſſime
deus noli pro meritis nr̄is mahumetano nos furori cōmittere.
noli ppl̄m tuū pro quo dilectus filius tuus mori dignatus eſt:
apud exteras natiōes obprobrio ſempiterno afficere· Noli hanc
ſacroſanctā ſedē ⁊ oīm eccleſiaꝝ electiſſimā matrē:aplo̅ꝝ Petri
⁊ Pauli iam diu ſanguine conſecratā:ꝓphanis ⁊ ſacrilegis ho
minibus illudendā deuaſtandāq̧ tradere:vnanimes:ꝯcordes
atq̧ pacificos tua bonitate nos facias:⁊ quicquid erroris ī no/
bis eſt:quicquid ſceleris:nō tanq̄ iratus dn̄s punias:ſ₃ velu/
ti benignus pr̄ id caſtiges corrigas ⁊ emēdes. Nō gloriet̄ dein/
ceps hoſtis perfidus ⁊ barbarus ille truculētus quo pro tuo fla
gello iam diu es vſus· Eteni pater filiū flagello verberat:dein/
de flagellū in ignē ꝓijcit ⁊ filiū ſeruat· Nos itaq̧ perinde ac fi/
lios tuos ſerues oramus:proiectoq̧ hoc vno flagello aſpero ni/
miū ⁊ duro:vt mitiore nos caſtiges rogitamus. Adimpleat id
in nobis qđ antea per ꝓphetam dixiſti· Uiſitabo in virga iniq
tates eoꝝ ⁊ in flagellis peccata eoꝝ·miſericordiā aūt meā non
diſpergā ab eis· Suā a nobis miſericordiā deus nō diſperget
viri xp̄iani cū corrigendo ⁊ emēdando nos puniet:cū ea que im
mittet flagella nō puniēdi tantūmodo ſed emendandi gratia:
tanq̄ filijs irrogabit· Eſt enī pena prout ſacris diuiniſq̧ lr̄is
edocemur:vel ad puniendū tm̄ diſtricto dei iudicio ordinata:
vel ad malū aliquid excludēdū:aut bonū eliciendū diuina qua
dā diſpoſitione nobis inflicta· Hoc igitur inter bonos ⁊ malos
intereſt:ꝙ mali qui deum neſciūt in aduerſis de deo querūtur
⁊ murmurant:⁊ dum diuina iudicia ſua temeritate condēnant
deteriores quotidie in ipſis flagellis cruciatibuſq̧ perſiſtunt·
Boni vero animū a virtutis perfectione ⁊ fidei veritate ꝓpter

aduerſa non auocant:quinimo in dolore et conflictatione ſeſe
magis corroborant·Unde ⁊ apoſtolus Paulus poſt naufragia:
poſt flagella:poſt carnis et corporis multa et grauia tormenta
nō vexari ſed emendari ſe dicit in aduerſis:vt dum grauius af
fligit̄ verius probaret̄:quia ſcriptū eſt·Uaſa figuli probat for/
nax:⁊ homines iuſtos tētatio tribulatōis·Id autem inefficax ⁊
vanum eſt:quod falſi ⁊ temerarij calumniatores adducunt vbi
aiunt:nullam penam homini qui culpa careat quouis modo eſ
ſe infligendam·Reſpicit enim pena nō ſolum precedentē cul/
pam quam ordinat:ſed ⁊ bonum quod inde deus elicit·Quic/
quid ergo mali fidelibus ⁊ pijs hoībus in hac mortali vita ac/
ciderit:in bonum eis cooperabit̄ ⁊ ſalutem: alioquin apoſtoli/
ca vacaret ſentētia:que diligentibus deum omnia in bonū co
operari proclamat:Quis igitur in afflictionibus preſſuriſq; bo
noꝝ iuſticia nō appareat:que dignitati meritoꝝ abſolute cōue
niat·Eadem tñ ibi eſt que exigentie meritoꝝ in reſpectu ad cō
decentiam diuine bonitatis cōparari poſſit·Unde ⁊ lex eterna
que vt hi etiam referebant dictat bonos in eterna vita eſſe glo
rificandos·Eamet dictat bonos eſſe hic temporaliter affligen/
dos ꝓpter rationes iam adductas:⁊ cauſas interdū nobis ig/
notas· Eſt enī huiuſcemodi bonorum hominū afflictio vt the
ologi aſſerunt:ad diuine prouidentie legem q̄ maxime referen
da.Nam cū ex ordine diuinitus inſtituto ⁊ rebus creatis dato
infima queq; in ipſum deum tanq̄ in ſupremū bonum per me
dia ſint omnino reducenda vt inquit Dioniſius ad diuinā pro
uidentiā pertinet·Infirmos omnes atq; imbecilles vna cū ali/
is in hoc laborioſo ſtatu peregrinātes ad virtutē omni ſtudio
cōplectendā accendere:optimo perfectoꝝ hominū exemplo ve
luti idoneo ⁊ ſufficiēti medio perueniēdi in patriam ante infir
moꝝ oculos ꝓpoſito·Uñ ab initio mūdi boni ⁊ ꝑfecti inter preſ
ſuras ⁊ iniurias et graues ac multiformes infeſtationū penas
diu vexati:⁊ diuina quadā diſpoſitiōe q̄ ſepiſſime exercitati ꝑ
claram virtutē ſuam in hoc maligno ſeculo probatiſſimā oſten

derunt ⁊ ſempiternū bene viuendi monumentū poſteris omni
bus reliquerunt· Sic abel iuſtus quē impius frater occidit: pri
mus patientie exemplū docuit· Sic deniq̧ oēs electi qui xp̄i ad
uentū p̄ceſſerūt· Nam veluti aurū in fornace probati tam ſibi
ꝙ̄ alijs recte vixerunt· Sic deus ⁊ ſaluator noſter Jeſus xp̄s de
us ⁊ hominū perfectiſſimus inter horrēdas iudeoꝝ perſecutio
nes vſq̧ ad patibulū crucis pro humani generis ſalute vehemē
ter afflictus: ſeſe exemplar omniū virtutū hoībus prebuit imi-
tandū· Sic demū apl̄i diſcipuliq̧ omnes ⁊ innumerabiles mar-
tires: qui dn̄o Jeſu magna fide ⁊ conſtanti animo cohorentes
deuictis tyrānis: ⁊ omnibus tormentoꝝ generibus ſuperatis:
religionē xp̄i ſanctiſſimā illuſtrarunt: ⁊ memoranda contēnen
de mortis documenta omni poſteritati dimiſerunt. Jn quo ex
cellentiſſimo genere quanta ſit cōmendatione ⁊ laude dignus
ꝓthomartir Stephanus ex hoc vno marie colligimus patres
ampliſſimi: q2 cum furor iudeoꝝ ab ipſo religionis nr̄e ꝑncipio
in electiſſima xp̄i mēbra ſeuiret· tum Stephanus ingenti aīo ⁊
incredibili virtute vnus inuētus eſt: qui ſe iudaico furori audē
ter opponeret: qui prim⁹ xp̄ianā fidem martirij gloria decora-
ret: ⁊ ceteros vt id agerent inflammaret· Laudabile namq̧ ⁊ ex
cellens eſt gradum obtinuiſſe martirij· ſed omniū iudicio lau-
dabilius ⁊ excellentius inter martires primam vincendo meru
iſſe coronam· Jure ergo Stephanus corona vel coronatus dici
tur: vtpote qui poſt ducem ſuū mortē primus omniū inuictiſſi
mo animo pertulerit: victricemq̧ martirij palmā ante alios re
portauerit· Et qui coronā non quidē muralē: qua Romani mi
lites qui prius murū cōſcenderāt donabant̄: ſed īmarceſſibilē
⁊ incorruptam in eterna ſibi vita cōparauerit· Cuius laudibus
⁊ preclariſſimis virtutibus: cum nullus ſermo par eſſe poſſit·
ſat erit mihi pro tēporis anguſtia ⁊ ingenij facultate: reliquis
beatiſſimi Stephani virtutibus in preſentiarū omiſſis: glorio
ſum eius certamen paucis explicare· Cum enim Stephanus le
uita ſanctiſſimus: diuina gratia: et animi fortitudine plenus:

poſt diligētiſſimā viduaꝝ curam: poſt diuturnos aſſiduoſq; la⸗
bores pro amplificāda xp̄i religione ſuſceptos: poſt ſigna ⁊ ad⸗
mirāda opera pp̄lo: pro dei gloria oſtenſa: poſt deuictā ꝯfuſam
q; nequiſſimoꝝ hoīm: qui ex ſinagogis malignantiū in eum cō
ſurrexerāt pertinaciā: in cōciliū ſenioꝝ phariſeorūq; a maliuo⸗
lis vi ⁊ furore perductus eſſet: tam iocūdo aīo ⁊ hilari vultu ꝑ
maximo fidei ardore ſuccenſus ibidē conſiſtebat: vt Luca teſte
idoneo referente: quotquot aderāt in eū intuentes: facieȝ eius
tanq̄ faciem angeli viderēt. Ea erat pudicicia ⁊ ſanctitate Ste⸗
phanus: vt in facie ipſi⁹ venerāda pulchritudo reluceſceret an⸗
gelica. Accuſatus itaq; coraȝ ſacerdotū principe ꝙ verba aduer
ſus locū ſanctū ⁊ legem dixerat. Tanta facūdia: tanta verboꝝ ⁊
ſentētiaꝝ grauitate: diuina interpretādo miſteria: oīa que ſibi
obiecta fuerāt expurgauit. Incredulitateq; iudeoꝝ: imo perfi⸗
diā ⁊ īmanitatē adeo cōſtanter et ſeuere exprobrauit: vt miſeri
malefactoꝝ ſuoꝝ conſcij: cōcepto intrinſecus dolore: in ipſis p̄⸗
cordijs inenarrabili triſticia cōſumarent. Amara enī ſemꝑ fue⸗
runt vitioſis hoībus p̄cepta iuſticie. Unde tanq̄ canes rabidi
dentibus in leuitā ſanctiſſimū ſtridebant. Ipſe ꝟo plenus ſpū
ſcō intendēs in celū: vbi oēm ſpem ſuā locauerat: vidit gloriaȝ
dei: ⁊ Jeſum ſtantē a dextris ꝟtutis dei. O glorioſiſſimū ꝓtho
martirē: qui paulo ante agonē talē tantāq; hr̄e meruit viſionē.
O digniſſimū athletā: cui ante adeptā victoriā cōtigit ſuū vi⸗
dere ducē in celis perēniter triūphantē: ex quo diuino inflāma
tus ardore mox ait: Ecce video celos apertos ⁊ Jeſum ſtantē a
dextris dei. Hoc eſt: ecce iam patefactā mihi video celeſtis re⸗
gni gloriā: iam cerno dn̄m meū Jeſuȝ in equalitate dei pr̄is cō
ſiſtentē: ⁊ mihi preſidiū in agone ꝓximo pollicentē. tūc ceci illi
⁊ amētes iudei aures obturāt tanq̄ blaſfemātē audiuiſſent: fa
ctoq; tumultu: inſano quodā furore debachati in Stephanū ir
ruūt: extra ciuitatē lapidib⁹ interimendū cōcitatiſſimo impetu
eijciūt: ⁊ quo ſcelus hoc horrendū expediti⁹ agant: apud adole
ſcentē cui nomē erat ſaulus veſtes deponūt. Quid plura: lapi⸗

dabāt impij ⁊ cōſcelerati hoīes Stephanū:nō quidē blaſſemū:
ſed leuitā ſanctiſſimū· Lapidabāt iuuenē omni pudicicia ⁊ ſan
ctimonia plenū:dulciſſimū Jeſum voce pia ſic alloquentē·Dn̄e
Jeſu accipe ſpūm meū··Lapidabāt parricide nepharij ⁊ hoīes
ingratiſſimi cōciuē ſuū:quē pro eoꝝ delictꝰ obnixe orantē: ⁊ ne
tāti parricidij debitas penas luerēt:flexo publice ſupplicantē
audiebāt videbātq̄·O ſceleratiſſimū ⁊ atrociſſimū genꝰ hoīm
vel potius:O admirādā ſtupendāq̄ ꝓthomartiris caritatem·
Magnū nāq̄ caritatis indiciū eſt inimicos diligere:⁊ iniuria/
rū obliuiſci·Sꝫ illud ꝑfecto maius ⁊ excellētiꝰ inter ipſas dure
mortis anguſtias:nō tormēta ꝓpria cogitare:ſed pro inferenti
bus mortē tanq̄ beneficia ꝯtulerint:forti aīo ſupplicare·Quis
ergo tā durus ⁊ tā ferrei pectoris eſt viri xp̄iani:quis adeo oīs
pietatis expers: vt hoc vno die ad p̄cipuā quandā deuotionē
habendā nō inflāmet̄:vt ad fidē ⁊ pietatē nō erudiat̄:⁊ ad ꝑ/
ferēda quecūq̄ acciderint mala nō facile inducat̄: cū ſecū cōtē/
plādo oculo mētis intuet̄ iuuenē forma egregiū:⁊ in florēti eta
te cōſtitutū:pudicū:ſanctū:doctū:ſapiētē:atq̄ omi ꝟtute p̄di/
tū·lapidibꝰ iniectis ⁊ crepitātibus vndiq̄ ſaxis ſemilacerū ad
deū demiſſis genibꝰ:⁊ erectis in celū oculis ꝓclamantē: ⁊ pro
his qui eū lapidabāt hoc pacto obſecrantē·Dn̄e ne ſtatuas illiſ
hoc pctm̄·Que verba ampliſſime caritatis ⁊ pietatis plene: cū
fortiſſimus xp̄i athleta ꝓtuliſſet·Peracto iam agonis ſui glori
oſo certamine:ſtatim obdormiuit in dn̄o:qꝛ eiꝰ ſanctiſſima aīa
in abyſſo ſuperne claritatis abſorta:adepto fine ꝯquieuit: ⁊ in
corpus illud ſanctiſſimū quietē placiti ſoporis admiſit:donec ī
nouiſſimo die cū gloria ſuſcitatū:ſempiterno apud deū immor
talitatis dono potiat̄·ad laudē ⁊ gloriā eius qui magnus ⁊ ad
mirabilis in ſanctis oībus:vbiq̄ viuit ⁊ regnat trinus ⁊ vnus
Amen·